

PETRI GVDELINI I. C.
ANTECESSORIS
ACADEMIÆ LOVANIENSIS,
DE IVRE

FEVDORVM

ET PACIS
COMMENTARII,
Ad Mores Belgij ac Franciæ conscripti: quibus
in hac iterata editione accessere

HENRICI ZOESII I. C.

In eadem Academia Prof. Ordinarij,

PRÆLECTIONES

FEVDALÉS,

NVNC PRIMVM EDITÆ.

Omnia cum Summarijs & Indicibus.



LOVANIÏ,

Apud IACOBVM ZEGERS Anno MD. CC. XII.

Cum Gratia & Privilegio Regio.



[Handwritten scribbles]

10
14847



MMORTALEM olim sibi glo-
 riam peperere fratres duo Am-
 phinomus & Anapus, quod pa-
 trem matremque cervicibus sub-
 jectis per medias Ætnæ flammæ
 succollatos tulerint, eosque per-
 raræ, sed præclaræ pietatis exemplo ab exitio vindi-
 carint, quibus vitam, halitumque accepta ferebant.
 Felicibus sanè auspicijs prognatam sobolem! Dili-
 gere parentes prima quidem Naturæ lex est, & exi-
 stimandum est, *nullum apud Deos magis honorandum simu-*
lacræ nos habere debere, quam parentes: quorum ta-
 tem quemque reperias, amabo, qui compari pror-
 sùs, quo hi germani, eos, à quibus geniti sunt,
 amore prosequatur? Rara certè avis in terris. Ut
 enim humor (Oris Aurei sententiâ) è radicibus
 quidem scandit in herbam, ex hac autem in illas
 non remeat, sed fursum tranat in semen, sic &
 amor à parentibus ubertim manat in prolem, ab
 hac autem in illos, non nisi leni admodum agmi-
 ne refluit. Atque hinc est, quod parentes quidem
 opidò quàm vehementer filios diligant, quos ta-
 men illi consimili amore non complectuntur. In
 quam illaudabilis adeò ingratitude labem ne &
 nos incurreremus, cautiùs semper hæcenus cavi-

Val.
Max.

Plato.

EX ORATIONE
PRÆLECTIONIBVS
FEVDORVM
PRÆMISSA.

SI materiam Tractatus, quem auspico, species, nulla est profecto dignior, nulla præstantior, quam hæc FEVDORVM. Non est quod eam multis sermonibus commendem, cum utilitas ejus semetipsam ostendat. Nonne enim præcipua pars patrimonij cujusque nostrum, & tota Magnatum, Nobiliumque substantia in hoc genere bonorum ferè consistit? Nonne præterea, Regnorum & summorum quorumque Principatum successiones pari normâ quâ successiones Feudorum deferuntur? An non denique frequentissimæ, & maxime arduæ Disputationes in foro de Feudis existunt? quas nisi quis attigerit, nomine & honore Juris-consulti nequaquam dignus evadet. Dicam quod sentio: cæteras partes Juris Civilis, unus mihi videtur hic FEVDORVM Tractatus & multiplici rerum pondere, & delectabili questionum varietate, & incredibili utilitatis ubertate superare. Nullus verò est qui Doctoris facem adjumentumque magis desideret. Præterquam enim quod Textus ipse Librorum, quos de Feudis habemus, nullâ aptâ Titulorum, rerumque serie constat: quotquot ferè ad eum scripserunt, quàm inculti atque horridi sunt Commentarij eorum? Excipio paucos, qui purius, concinniusque hanc materiam tractaverunt. Verùm hi vel in solis Longobardorum Moribus

Moribus digerendis, exponendisque operam posuerunt; vel ut omnes exteri sunt, ita suæ quisque Patriæ Mores scriptis suis persecuti fuerunt. Atque hujus nostri Belgij Mores in non paucis articulis discrepant, quos suis locis indicabo, ut satisfaciam promisso, quo in programmate seu publicatione harum futurarum de Feudis Prælectionum ante paucos dies sum usus, nempe additurum me ubique Mores hodiernos. Insuper addam, quemadmodum ibi etiam pollicitus sum, passim illustrium Controversiarum, quæ de Regnis, & præcipuis dignitatibus fuere, Decisionumque earum exempla. Cujusmodi exempla ex Historiarum monumentis desumpta, plurimum solent & auctoritatis habere ad probandum, & jucunditatis ad audiendum.

SVMMA PRIVILEGII.

PHILIPPVS Dei Gratia Rex Castiliæ, Aragoniæ, &c. diplomate suo sancivit, ne quis Petri Gudelini I. C. Antecessoris Academia Lovaniensis, De Jure Feudorum & Pacis Commentarios, & Henrici Zoefy I. C. Prælectiones Feudales, præter IACOBI ZEGERS voluntatem ullo modo intra novennium excudat, aut alibi terrarum excusos in Germaniam inferioris ditionis inferat, venalesve habeat. Qui secùs faxit, confiscatione librorum, & aliâ gravi pœnâ mulctabitur: uti expressè patet in litteris datis Bruxellæ V. Augusti M. DC. XLI.

Signatum

STEENHVYSE.

** 3

INDEX

V. C L.

PETRI GVDELINI
I. C. ET ANTECESSORIS
LOVANIENSIS,
DE IVRE
FEVDORVM
COMMENTARIVS.

PROLEGOMENA,

1. Rerum immobilium quaedam sunt Allodiales, quaedam Censuales, Emphyteutica, aut Feudales.
2. Iuris Feudorum cognitio necessaria.
3. Libri Feudorum quot sint, & quid contineant.
4. Librorum Feudalium quis Auctor.
5. An pro Iure scripto & communi habendi?
6. Eorum ordo, & Operis huius methodus.



ARVM rerum, quæ mobiles non sunt, quædam à nobis liberè, & pleno jure possidentur, quæ Allodia dictæ, vocabulo barbaro, sed antiquo, lib. 2. Feud. tit. 54. Nominis rationem variam varij tradidère, Baro ad d. tit. 54. Cuiacius lib. 2. Feud. tit. 17. Budens ad l. Herennius 63, D. De evictionib. B. Rhenanus lib. 2. Rer. Germanic. Amerbachius in Comment. Capitul. Legum Caroli Magni cap. 7. Aliæ res sunt tales, ut directum dominum alium quemdam agnoscamus: quæ recognitio fit aliàs census, seu canonis alicujus præstatione, ac tunc res vocantur Censuales, Emphyteutica, vel simili aliquo